

bennda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret. Et in eis caueatur expresse, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo et forma, derogari possit. Tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita obseruata, inserti forent, presentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sic Sede indultum, quod interdici suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, et exprettam de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Cæterisque contrariis quibuscunque. Hæc Paulus. 4.

27 ¶ Pater Magister à Veracrucce in expositione huius indulti dicit, multa esse in hoc priuilegio de nouo concessa, et omnia antiqua renouata et confirmata.

¶ Primo omnia et singula priuilegia ante ipsum Paulum. 4. quomodolibet concessa tam in genere, quàm in specie domibus vel locis quibuscunque, et personis vtriusque sexus, tam Minoribus quàm aliis Ordinibus : tam
Mendi-